

Text 1: Utrum princeps catholicus, presertim ecclesiasticus, possit iudeos bona conscientia ad exercendum publice usuram protegere et manutenere in terra sua.

Überlieferung: 1. Hs. Mainz, Martinus-Bibliothek, 161, fol. 213^r–225^r (= M). – 2. Siffridus Piscatoris Moguntinus, *Determinatio duarum questionum* [Mainz: Drucker der „Darmstädter Prognosticatio“, ca. 1476?] 4°, 52 S. (Hain-Coppinger 14723*, GW M42041), pp. 1–39 (= D1). – 3. Hs. Frankfurt, Stadt- und Universitätsbibliothek, Praed. 138, fol. 145^r–156^v (= F).

Determinacio duarum subiectarum questionum Sifridi episcopi Cirenensis ad archiepiscopum Maguntinum ^a.

Queritur in foro conscientie pura simplexque subiectarum questionum veritas, quantum ad salutem anime requiritur, omni simulatione postposita ^b:

Utrum princeps catholicus ^c, presertim ecclesiasticus, possit iudeos bona conscientia ad exercendum ^d publice usuram protegere et manutenere in terra sua, etc. ^e

Secundo ^f, utrum princeps possit ob bonum ^g conservacionemque principatus sui iuste liberum inhibere subiectis contractum matrimonii, etc. ^h

Causa prime questionis fore potest, ne subditi ipsius a iudeis aliorum per immoderatas graventur usuras. Causa secunde questionis fore potest, si subiecti permittantur ad libitum contrahere matrimonium extra suum principatum, timetur diminucio sui principatus et multiplicacio aliorum dominii ⁱ, verisimiliter ^j in dampnum ^k sui et successorum suorum.

Ad has questiones eo magis onerosum extat ^l respondere, quo magis generaliter pars questionum affirmativa practicatur hodie a regibus, principibus spiritualibus et secularibus, a capitulis et civitatum communitatibus, ac ferme ^m pro lege antiquitas ⁿ introduxit, totque peritissimi divine et humane legis doctores ^o, confessores, consilarii peculiarissimi, etiam predicatorum eloquentissimi divini verbi fuere; principum, capitulorum communitatumque hactenus, tantique in presentiarum sunt, ut presumptuosum possit cuiquam videri | pro parte negativa prefatarum questionum aliquid persuadere ^p, dici aut doceri a quoquam. Quamobrem, quamquam aliquoties pulsatus fuerim ad respondendum, presertim prime questionis, malui tamen adhuc, etiam optarem magis audire in hac materia quam audiri et imperitiam meam magis occultare quam palam prodere. Nunc

D1 p. 2

^a Maguntinum] maguntinensem F. – In M fehlt die Rubrik. Auf fol. 213^r oben: Sequitur tractaculus de usuris editus a domino Syfrido episcopo Cirenense suffragano maguntinense. Fol. 213^v vacat. – ^b postposita] add. etc. F. – ^c catholicus] catholicus D1 passim. – ^d exercendum] exercendam F. – ^e etc.] om. D1. – ^f Secundo] fehlt M. – ^g bonum] corr. F. – ^h etc.] om. D1, F. – ⁱ aliorum dominii] dominii aliorum D1. – ^j verisimiliter] fehlt F. – ^k dampnum] damnum D1. – ^l extat] exstat F passim. – ^m ferme] firme corr. F. – ⁿ antiquitas] antiquas M. – ^o doctores] fehlt M. – ^p persuadere] persuadere M passim.

vero, cum tanti principis patrisque desiderio amplius reniti non
 liceat sincera poscenti voluntate, eo quod regulam gubernandi
 principatum suum non vult fore hominum facta sed diuine legis
 instituta, necnon saluti anime sue pre cunctis huius^a mundi bonis
 35 preelegit consulere, ad respondendum igitur^b qualitercumque me^c
 conuerto, quinquidem hec ad noticiam plurimorum devenire reor,
 tum quia decet tantum principem ac talem patrem, ut non levis sit
 ad insolita et nisi sufficientissimis urgeatur persuasionibus, vehe-
 mentes non faciat in principatu^d suo mutationes. Hinc est quod
 40 circa primam questionem immorari conveniet^e, quatenus queren-
 tibus ostendere valeat, quibus motus mediis facienda rationabiliter
 aggrediatur. Ea vero que subiciam, nolo ut sequatur quantum in
 me est^f, nisi primum periti^g, quod corrigendum viderint, emen-
 daverint vel penitus respuerint, si sanum ac veritate subnixum non
 45 repererint^h in parte vel in toto. Non scribam enim ego, ut ita sint,
 | sed quia omniⁱ diligentia circa hoc per me facta quid videbitur. *DI p. 3*
 Ad primam questionem igitur respondeo dicendum quod non licet
 principi etc., teneoque omnino questionis negativam partem. Et ad
 ostendendum intentum qualitercumque, sexduplici | procedam *F fol. 145^v*
 50 fundamento, ita tamen quod omnia simul non seorsum partes pro
 sufficienti^j probacione volo habere, ita quod in uno | minus per- *M fol. 214^v*
 fecte, in toto et in omnibus simul perfectius^k ostendatur.
 Primum fundamentum est ecclesie statutum, textus Extra de
 usuris, »Post miserabilem«, ubi sic dicitur: »Iudeos ad remittendas^l
 55 christianis usuras^m per principes et potestates compelli precipimus
 seculares, et donec eis remiserint, ab universis christifidelibus tam
 in mercimoniis quam in aliis per excommunicationis sententiam
 eis iubemus communionem omnimodam denegari«: hec textusⁿ
 [X 5,19,12]. Per hunc textum clare patet quod nequaquam prin-
 60 cipi licet iudeum in terra sua locare et manutenere ad exercendas
 usuras, sed ymmo^o contrarie obligatur extortas ab eis compellere
 christianis restituere. Ex quo ulterius sequitur quod iudeos princi-
 pem^p manutenere ad usuras a christianis extorquendas est malum^q
 malo superaddere, et sic in profundum tandem descendere. Quod
 65 sic breviter declarari potest: Princeps obligatur ad compellendum
 iudeos ut restituant, quod tenendo iudeum ut amplius extorqueat
 usuraria pravitate | a christianis contempnit vel negligit in dispen- *DI p. 4*
 dium anime sue et aggravat, quia contrarium ordinat. Sic videtur
 venire in contemptum mandati, quod est descendere in profun-
 70 dum malorum, teste Salomone dicente: *Peccator cum in profundum*
venerit contempnit [cf. Spr 18,3]. Non sunt ergo iudei locandi et

^a huius] *folgt gestrichen* bonis *F*. — ^b igitur] *fehlt M*. — ^c me] *fehlt M*. — ^d principatu] *principato F*.
 — ^e conveniet] *convenit M*. — ^f est] *fehlt F*. — ^g periti] *davor gestrichen: parti F*. — ^h repererint]
reperint M. — ⁱ omni] *omnia F*. — ^j sufficienti] *-ente DI, F*. — ^k perfectius] *profectius F*. —
^l remittendas] *remittendos M*. — ^m usuras] *usuris F*. — ⁿ communionem – textus] *fehlt F*. —
^o ymmo] *imo DI passim*. — ^p principem] *principes M, F*. — ^q malum] *folgt gestrichen: s- F*.

manutenendi in terris principum ad exercendam^a usuram. Et si quis dicat, ymmo ad moderatas usuras faciendas principes possunt locare in terris suis iudeos, sicut apparet per textum ubi supra,
75 c. »Quanto amplius« [X 5,19,18], in quo immoderate iudeorum usure permitti inhihentur, ergo a contrario sensu moderate usure videntur eis concesse, et per consequens ad hoc eos locare possunt in terris suis. Ad hanc apparentem obiectionem respondetur in Glosa super^b verbo »inmoderatas«, quod non permittitur iudeis
80 etiam moderata usura, quamquam inmoderata ibi prohibeatur^c, quia in hoc non valet argumentum a contrario sensu, et^d allegat c. inductum »Post miserabilem« [X 5,19,12]¹. Et dominus Antonius de Butrio^e super c. »Cum apostolica« [X 3,10,7] dicit quod »regulariter sumitur« argumentum a contrario sensu nisi sensui
85 contrario »repugnet^f alia lex vel repugnet ratio naturalis vel aliqua absurditas^g sequatur, quia tunc sumendum non est«. Et iterum ibidem infra in eodem expresse dicit: »huiusmodi autem in proposito facile est deducere«². Et iterum ex lege vel constitutione contrarius sensus non sumitur, ubi resultat absonus intellectus, | igitur etc.^h *DI p. 5*

90 Secundo tali fundamento ostenditur propositum: Siquidem usura utriusque testamenti pagina condempnaturⁱ, quod brevitatis gratia obmitto per singula deducere, quia^j patet Extra de usuris, »Quia in omnibus« [X 5,19,3], et c. »Super eo« [X 5,19,4]. Ex quo fundamento sic proceditur: Namque princeps – et presertim pontifex, quem *irreprehensibilem* fore vult apostolus [cf. I Tim 3,2] – crimen
95 pravitatis usurarie permittere, defensare ac auctorizare^k in terris suis contra et adversus mandatum Dei non debet. Vult enim Deus mandatum suum firmum fore et *custodiri nimis* [Ps 118,4]. Et quo pacto quod Deus inhihet omnino fieri, princeps, presertim ecclesiasticus, indulgere debet, et quod sacro eloquio detestatur, princeps,
100 presertim | ecclesiasticus, sua scriptura contrarium statuendo illudet? Oportet | alterum contrariorum cedere. Sed quia Dei firmum^l *F fol. 146^r*
permanet mandatum *et iota unum aut vnus apex non preteribit* *M fol. 215^r*
[Mt 5,18] et iterum: *celum et terra transibunt, verba autem mea non*
105 *transibunt* [Mk 13,31] inquit Salvator. Restat igitur ut cedat man-

^a exercendam] exercendum *M*. — ^b super] *korr. aus supra F*. — ^c prohibeatur] prohibetur *F*. — ^d et] *davor gestrichen nisi M*. — ^e Butrio] *davor gestrichen Br- F*. — ^f repugnet] repugnat *DI, F*. — ^g absurditas] absorditas *M*. — ^h Et iterum – igitur etc.] *So M; in DI und F ist die Passage umgestellt*: Et iterum ex lege vel constitutione contrarius sensus non sumitur, ubi resultat absonus intellectus. Huiusmodi autem in proposito facile est deducere, igitur etc. — ⁱ condempnatur] –mn– *DI passim*; –nantur *F*. — ^j quia] quod *F*. — ^k auctorizare] –sare *DI, F*. — ^l firmum] firme *F*.

¹ Glossa, in: *Liber Extra* (1482), fol. 270^{vb}: *Immoderatas: ergo moderatas videtur permittere a contrario sensu xxv. di. qualis ff. de iudi. cum pretor. quod non est verum. s. e. post miserabilem. et ita cessat hic ar. a contrario sensu. C. de epis. et Cle. conventicula. et graves usure dicuntur que excedunt legitimum modum statutum. C. de usur. eos.*

² Antonius de Butrio († 4. Oktober 1408), *Super tertio decretalium* (1532), § 27, fol. 64^v.

datum principum, quo permittunt, defendunt ac manutinent iudeos ad exercendas^a usuras publice in terris suis. Est igitur iniquum tamquam mandato Dei contrarium. Unde non potest excusare causa questionis^b mote superius tacta, ut scilicet princeps in terris
 110 suis | locet iudeos ad usuram moderatam exercendam a subditis, ne *DI p. 6*
 contingat subditos nimium per inmoderatas extorsiones usurarum pregravari per iudeos aliorum principum seu dominorum, quia hoc vergit in abiectioem, contemptum^c mandati Dei transgressio-
 nemque, quod non licet principi propter quodcumque temporale
 115 subditorum bonum. Unde dicitur. i. q. i. »Non est putanda«, quod pre-
 textu boni sive compensatione malum non est faciendum
 [Grat. 1,1,27].
 Et ad hoc clarius declarandum adduco glosam Extra, »Ne clerici
 vel monachi«, super c. »Non magno« [X 3,50,3], que quadrupli-
 120 cem compensationem ponit, et sola quarta licita perhibetur. Prima
 autem recompensatio, que est ad nostrum hic propositum, est^d
 quoniam quandoque »compensatur minus malum ut maius evite-
 tur«, ubi scilicet quis committit minus malum ut maius evitetur^e.
 »Et hec compensatio penitus inhibetur«³. Dicere ergo possum
 125 principi: Quid si universum mundum lucretur, detrimentum
 autem sui paciatur, contraveniendo scilicet divino mandato? Unde
 quod nullo modo usuras admittat suadeo propter c. »Super eo« de
 usuris [X 5,19,4], ubi Alexander papa sic dicit: »Quod cum usu-
 130 rarum crimen utriusque pagina detestetur, super eo dispensa-
 tionem aliquam posse fieri non videmus, quia cum scriptura sacra
 prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est^f | *DI p. 7*
 quis, ne etiam pro redimenda vita captivi usurarum crimine invol-
 vatur«. In hoc c. tria tanguntur: Primum quod crimen usurarum
 lege divina, quam non licet solvere, interdictum est; secundum
 135 quod non recipit^g ullam dispensationem; tertium quod potius
 amittenda est vita quam ut quis se usurarum crimine involvat. Sed
 numquid^h involvunt se principes, usuram indulgendo iudeis?
 Videbitur plenius infra quod sic. Igiturⁱ non licet principi – et^j
 presertim ecclesiastico, qui ab Apostolo prohibetur cupidus fieri
 140 *turpis lucri*, Tito primo [Ti 1,11]^k – iudeum ad exercendas usuras
 in terra sua locare, sed potius permittere dampnum incurrere sub-
 ditos suos. Verumptamen^l, si diligenter rimentur circa materiam
 hanc usurarum per iudeos tanta sedulitate ac frequentia industria-
 que perpetrandarum cottidie^m, incomperabilia maiora damna ac

^a exercendas] exercendos *M.* — ^b causa questionis] questionis causa *M.* — ^c contemptum] contemptumque *DI, F.* — ^d est] *fehlt M.* — ^e ubi scilicet – evitetur] *von derselben Hand am Rande nachgetragen M; fehlt F.* — ^f est] est est *DI.* — ^g recipit] recepit *M.* — ^h numquid] nunquid *DI.* — ⁱ Igitur] Ergo *F.* — ^j et] *fehlt F.* — ^k et presertim – Tito primo] *fehlt M.* — ^l Verumptamen] Verum tamen *DI, F.* — ^m cottidie] quotidie *DI passim.*

³ Glossa, in: *Liber Extra* (1482), fol. 221^{rb}.

145 gravamina invenientur ex hoc inferri subditis quam bona⁴. Et hoc
patet per multa, de quibus pauca percurremus: Primo, quia com-
munitati nichil deserviunt in defensione patrie per pugnam neque
in vigilia urbium et locorum et munitionibus. Et si dicatur, pro hiis
dant pecunias^a, concedo, sed in pauperum subditorum utilitatem
150 paucum vel^b parum aut nichil. Et si aliquid emolimenti subditis *F fol. 146v;*
inde | provenire^c videatur, hoc tamen recto inspecto | consideratio- *DI p. 8*
nis oculo non est verum, quia huiusmodi pecunie prius sunt
pauperum subditorum, ab eis per usuram extorte. Secundo, quia
in partibus^d hiis non laborant neque aliquid, quod in utilitatem *M fol. 215^v*
155 communitatis cedat, operantur spiritualiter aut temporaliter. Et |
tamen de melioribus respectu communium vestiuntur et vescun-
tur. Tercio, si animadvertere libeat diligenter^e, plerumque con-
tingit et ut plurimum sicut multiplex et cottidiana docet ex-
perientia: Si quis iudeum in prompto ad manum non habeat, se a
160 danda usura refrenet. Sic pari modo, si iudeus inmoderatas petit
usuras, resileat pauper, et qui ad usuram daret unum denarium non
vult dare duos aut tres. Et tunc hoc commodum reportat, ut
reservet^f etiam unum denarium quem daturus erat, et discit parcius
vivere, amplius laborare, minus ludis et scurrilitatibus insistere,
165 ebrietates et superfluas^g crapulas vitare, vagos cursus^h rescindere et
suis contentari, quorum contraria ad oculum videmus, ubi iudei
habentur. Quapropter opulentissima sunt e contrarioⁱ regna,
ditissime^j terre atque potentissimi principes in et sub quibus non
permittuntur iudei usuras exercere in christianos. Quartum
170 gravamen et dampnum atque periculum communitatis, ubi iudei *DI p. 9*
habitant in partibus Almanie^k, constat | esse in hoc, quod furta,
rapine ac per latrocinia acquisita eis impignorantur, unde apud^l
eos huiusmodi frequentissime reperiuntur. In quo claret quod nisi
impium iudei usurarii ad manum haberentur, frequenter talia non
175 committerentur. Sed nunc et^m eclesiarum clenodia, bibliotheca-
rumⁿ codices, sacristarum^o deaurate et deargentate reliquie, ymmo
monstrantie et capse venerabilissimi sacramenti eucharistie, alia
quidem integra, alia^p confRACTA, quedam conflata, quedam etiam
consecrata^q seu benedicta, plerumque apud eos reperiuntur; taceo
180 de rebus communibus hominum. Ecce qualem utilitatem, ymmo
verius dilapidacionem communitati ingerunt principes et domini

^a pecunias] pecuniam. — ^b paucum vel] *fehlt M.* — ^c provenire] *davor gestrichen venire M; danach gestrichen q- F.* — ^d partibus] temporibus *M.* — ^e diligenter] *danach Rasur (1 oder 2 Buchstaben) M.* — ^f reservet] reservat *F.* — ^g superfluas] superfluitates *F.* — ^h vagos cursus] vagus discursus *DI, F.* — ⁱ opulentissima sunt e contrario] e contrario sunt opulentissima *DI, F.* — ^j ditissime] distime *DI.* — ^k Almanie] Alamanie *DI passim.* — ^l apud] apud *M.* — ^m nunc et] et nunc *M.* — ⁿ bibliothecarum] -thecarum *DI, -techarum F.* — ^o sacristarum] sacrostarum *M.* — ^p alia] aliqua *M.* — ^q consecrata] cōnsecrata *DI.*

⁴ In *M* am Rande dieses Satzes von anderer Hand ein Kopf im Profil, mit ausgeprägter Nase, vielleicht eine Juden-Karikatur.

terrarum locantes et manuentes iudeos usurarios dampnosis-
 simos. Vere si in principem, qui bonum protectorem et defen-
 rem suis subditis locat, laus redundat: cur non vituperia^a quasi
 185 infinita in principes reddunt, qui iudeos ad prefata crimina
 manent et tuentur a contrario sensu? Quia sicut propositum
 in proposito, sic oppositum in opposito. Porro nec hoc censeo^b
 transeundum silentio, qualiter iudei exspectantes^c – licet vane –
 Messiam, quem dicunt templum et civitatem Iherusalem restaura-
 190 turum et archam testamenti etc., congregant igitur^d divicias
 maximas per extorsionem^e usurarum a christianis, ut eas Messie,
 dum venerit, tradant pro debellacione christianorum et liberacione
 ipsorum et reedificacione^f | templi et civitatis Iherusalem^g. Et dum *DI* p. 10
 Antichristus^h veniet, illum recipient et tractabunt tamquam Mes-
 195 siam, illique omnes divicias extortas a christianis tradent, ac cum
 illis infinita mala inferetⁱ christianis et Christi ecclesiis. | Non igitur *F* fol. 147^r
 immerito ve principi qui dat opem^j contra Dei inhibitionem usure
 iudeorum pessimorum^k, modo pluries dicto. Hec^l pro tanto
 dixerim, ut videatur quomodo non releventur subditi principum,
 200 sed plurimum graventur etiam religiosa et insignia loca, graves et
 honesti homines sub principibus degentes, qui iudeos ad usuram
 locant in terris suis. Attendant ergo principes verbum Salvatoris,
 ubi ait: *Ve mundo a scandalis* [Mt 18,7]. Recte Christus dicere pot-
 est^m de tali principe: | *Qui non est mecum contra me est* [Mt 12,30] *M* fol. 216^r
 205 – quia ego summo studio usuras prohibui, vos nedum admittitis,
 sed et manenetis. Audiat igitur non me princeps inclitus, sed glo-
 riosum papam Fabianum, »qui omnipotentem Deum«, inquiren-
 tem, »metuit nec contra evangelium nec contra apostolos et pro-
 phetas vel instituta sanctorum patrum agere aliquid ullo modo
 210 consentit«, ut habetur xi. q. iii. [Grat. 11,3,95]. Et cumque
 prohibitum sit usuras committere, nullo modo consentiat perfidis
 iudeis ammodo in terra sua usurarum crimen perpetrare, quo tanta
 pericula videt sibiⁿ imminere.
 Tercio tali fundamento propositum ostenditur: Siquidem consen-
 215 tiens alicuius | peccato, quod ad ipsum spectat corrigere, partici-
 pem se illius peccati^o facit et reum, ut patet de Hely in libro Regum
 [II Kg 2–4] et pluribus aliis scripture sacre locis, dictis et exemplis,
 que longum foret enarrare. Pro cuius fundamenti deductione
 adduco quod habetur Extra, de sententia excommunicacionis,
 220 c. »Quante« [X 5,39,47], ubi dicitur quod facientes et consentien-
 tes^p »pari pena« puniendos »catholica condempnat auctoritas«, et

^a vituperia] *folgt ymmo F*. — ^b censeo] *über gestr. sentio F*. — ^c exspectantes] *expectantes DI*. —
^d igitur] *fehlt DI*. — ^e extorsionem] *-nes M*. — ^f reedificacione] *reedificione DI*. — ^g Iherusalem]
 Hierusalem *DI*. — ^h Antichristus] *Ante- DI*. — ⁱ inferet] *infert DI*. — ^j opem] *operam M, F*. —
^k pessimorum] *possessorum DI, F*. — ^l Hec] *fehlt F, hoc DI*. — ^m potest] *folgt gestrichen Christus*
F. — ⁿ sibi] *fehlt DI*. — ^o peccati] *peccato M*. — ^p facientes et consentientes] *facientem et*
consentientem DI, F *entsprechend der Vorlage*.

sequitur: »eos delinquentibus favere interpretamur qui, cum pos-
 sent, manifesto facinori desinunt obviare«. Ex quo sic procedo: Si
 pro quia ille potest prohibere publicum facinus et non prohibet,
 225 condempnatur pena pro tali peccato debita, quid sentiendum
 putamus de principibus ac terrarum dominis, qui iudeos litteris et
 sigillis muniunt ad crimen usure exercendum, ymmo manutinent
 et defendunt? Hoc consideracionis oculo recte consideranti non
 est, qui negare possit multum graviter tales principes reos esse pec-
 230 catorum perfidorum iudeorum usurariorum in terris suis com-
 morantium. Unde glosa super verbo »consentientes« in preallegato
 c. hoc ait^a: »Intellige per cooperacionem, prestando auctoritatem:
 quia tunc eadem pena puniuntur consentientes et facientes«⁵, en^b
 vere mucro^c persequens principes et dominos iudeorum usuras
 235 auctorisantes per suas patentes^d litteras aut mandata. Ad cuius
 pleniorum et clariorem declarationem notandum, quod Extra de
 officio delegati c. i. dicitur: »Agentes et consentientes pari pena | *DI p. 12*
 scripture testimonio puniantur« [X 1,29,1], ubi glosa super verbo
 »pari pena« ponit quadruplicem consensum, scilicet »negligentie,
 240 consilii, cooperationis, auctoritatis seu defensionis«. Et dicit glosa
 quod »in primo casu ... minus peccat consentiens quam faciens,
 nisi forte negligentia nimis crassa fuerit, ut in prelato«⁶ – ubi nota
 de principe ecclesiastico, qui est prelatus totius sui diocesis, quam-
 quam non iudeorum proprie loquendo, quomodo illi merito negli-
 245 gentia imputatur, si iudeos defendit ad usuras^e exercendas^f. In se-
 cundo non audeo talem principem a consilio in crimine | *F fol. 147^v*
 usurarum excusare, quia per se quandoque saltem, aliqui quidem^g per suos
 prestant audientiam, diversaque amminicula^h pro extorquenda
 usura a christianis loco consilii, et sunt eis clipeus et galea contra
 250 pauperes subditos suos, quorum multos ex toto consumunt.
 Quod autem in tercio et quarto consensus modo, cooperacionis
 videlicet et auctoritatis seu defensionis, in quo casu secundum
 glosam allegatam magis peccat consentiens et manutensionemⁱ
 prestans^j quam faciens et magis puniendus est, nullus subterfugere
 255 aut a grandi^k peccato principem, ecclesiasticum precipue et ponti-
 ficem, excusare quovis etiam quesito colore^l poterit. En ex eadem
 glose auctoritate iuris et rationis equitate conformi, quantis peri-
 culis, quot conscientie scrupulis aggravetur et exaggravetur^m | *DI p. 13*
 princeps | usure iudeorum consentiens, quis estimacionem facere de *M fol. 216^v*

^a ait] agit *F*. — ^b en] et *M*; *fehlt F*. — ^c mucro] muto *F*. — ^d patentes] potentes *DI*. — ^e usuras] usuram *M*. — ^f exercendas] -endos *M*. — ^g quidem] quidam *DI*. — ^h amminicula] aminicula *DI*. — ⁱ manutensionem] -tentio- *F*. — ^j prestans] prestando *M, F*. — ^k a grandi] agendi *F*. — ^l colore] tolerare *F*. — ^m exaggravetur] -agra- *M*.

⁵ Glossa, in: *Liber Extra* (1482), fol. 296^{vb}.

⁶ Glossa, in: *Liber Extra* (1482), fol. 53^{va}.

260 hoc condignam poterit^a? Si infero^b: Scimus scriptum et scripturam
 non posse irritam fieri, *declinantes in obligationem adducet dominus*
cum operantibus iniquitatem [Ps 124,5]. Declinat enim princeps *in*
obligationem, ut dictum est^c, per huiusmodi notorium consensum
 in usuram exercendam. Et ideo nisi convertatur a via sua mala,
 265 *adducet* illum *dominus* cum iudeis *operantibus iniquitatem*. Non
 solam^d autem puram dico usuram, sed et^e iniquitatem in modo
 usuram a christianis extorquendo. Est enim modus religioni chris-
 tianorum vituperabilis valde. Constat enim in lege Moysi »pro-
 hibitum fuisse iudeis accipere usuram a fratribus^f suis, scilicet
 270 iudeis. Per quod«, ut ait^g sanctus Thomas Secunda Secunde de
 usura, »datur intelligi, quod accipere usuram a quocumque homine
 est simpliciter malum« [II-II, q. 78 art. 1 ad 2]. Sed quod eis fuit
 concessum quod ab extraneis usuram acciperent ideo, secundum
 Ulricum, fuit, quia »illa acceptio usure a gentibus, inter quas
 275 habitabant, potius erat rei sue recuperatio quam usura, quia tota
 illa terra data eis fuit a domino et iniuste a gentibus possidebatur«⁷.
 »Nunc vero«, ut dicit sanctus Thomas in quadam epistula ad
 ducissam Lotringie et Brabancie, »cum iudei merito culpe addicti
 sunt servituti, ut etiam principes^h terrarum sub quibus degent
 280 bona eorum diripere possent«, nisi aliud obstaret, ut ibidem
 deducit. Iudei autem nominantes et | reputantes nos Edom propter
 maliciam Edom, ac si servituti ipsorum addicti essemus, indifferen-
 ter ab omnibus christifidelibus secundum suiⁱ possibilitatem ex-
 torquent usuras ad exhauriendas christianorum facultates. Rursus^j,
 285 ut Salvator Luce xiii. eis impropere, non est^k contra legem Moysi
 asinum^l aut bovem adquare^m etc. inⁿ die sabbati [cf. Lk 13,15].
 Nunc vero, si die sabbati aut alio iudeorum festo infiniti christiani
 perire^o vitamque amittere deberent priusquam sibi mutuando
 iudeus succurreret, magis periculum tot christianorum sineret fieri,
 290 minus reverai christianorum milia^p perire quam unicum bovem^q,
 asinum aut pecus reputant. Die autem dominico in contemptum
 dominice resurrectionis et vilipendium tocus christiane religionis
 sacratissime, sine qua nulli homini potest esse salus, perfidi iudei
 pronissimi sunt mutuare, impignorata vendere, christianos^r ut sibi
 295 laborent eo die conducere, sicut in | brevi experientia non sine cor-
 dis merore vidi in metropoli Maguntia. Harum iniquitatum

DI p. 14

F fol. 148^r

^a poterit] *fehlt* M. — ^b Si infero] in inferno M, in infero F. — ^c in obligationem, ut dictum est] ut dictum est, in obligationem M. — ^d solam] solum M. — ^e et] *fehlt* M, F. — ^f *folgt gestrichen* scilicet F. — ^g ait] agit F. — ^h principes] princeps F. — ⁱ sui] suam M. — ^j rursus] rursus M. — ^k est] esse M. — ^l asinum] *azinzm* DI *passim*. — ^m adquare] *adequare* M. — ⁿ etc. in] *fehlt* M. — ^o perire] *davor gestrichen* pre- F. — ^p milia] *millia* DI. — ^q bovem] *bovum* M. — ^r christianos] *christianis* F.

⁷ Ulricus (Engelhard) von Straßburg OP, »Summa de summo bono« (entstanden 1262–72), Kap. 6.3.4; vgl. LORENC, »John of Freiburg« (2013), S. 276.

omnium consensus est ex principibus et ceteris iudeos permittenti-
 bus^a ad libitum contra christianissimam nostram ac piissimam
 religionem vivere, quamquam^b christianorum servituti sint merito
 300 culpe, scilicet mortis Christi salvatoris nostri, iustissime addicti, ita
 ut videri quasi econtrario posset christianos maledictum illud Deu-
 teronomii xxviii. incurrisse: *Advena, qui tecum versatur in | terra,* *DI p. 15*
ascendet super te eritque sublimior; tu^c autem descendesc et eris
inferior. Ipse fenerabit tibi et tu non fenerabis ei [Dt 28,43–44]. Puto
 305 igitur nullum etiam parum intelligentem iustum estimare hoc a
 principibus catholicis et ecclesiasticis permitti. Et si quis forsitan
 hoc dicere presumpserit, audiat et intelligat verba Hieronimi super
 epistulam Pauli ad Philemonem^d: si quis inquirentem »iustum
 iniustum et iniustum iustum dicit, abhominabilis est uterque apud
 310 Deum; similiter qui sanctum dicit non sanctum et rursus non
 sanctum asserit^e sanctum: abhominabilis est apud Deum⁸. Con-
 siderent hoc qui | assistunt principibus ut non cecus ceco ducatum *M fol. 217^r*
 prebeat, ne secundum Salvatoris sententiam *ambo in foveam cadant*
 [cf. Mt 15,14]. Unde dicit Ysidorus, et transsumitur a Gratiano, xi.
 315 q. iii.: »Qui«, inquit, »consentit peccantibus et defendit alium de-
 linquentem, maledictus erit apud Deum et homines, et corripietur
 increpacione severissima. Hinc etiam quidam sanctissimus pater
 ait: Si quis peccantem defenderit, acrius^f quam ille, qui peccat,
 coherceatur. Hinc et alius pater ait: Si quis alterius errore^g con-
 320 sentit, sciat se cum illo simili modo culpabilem^h iudicandum«
 [Grat. 11,3,100]. Hec Ysidorusⁱ. Consulo igitur ego, ne princeps,
 presertim ecclesiasticus, participem se faciat inique perfidorum
 usure iudeorum, quemadmodum declaratum est, ne forte veniat
 super me^j maledictio prophete dicentis: *Ve qui dicitis malum*
 325 *bonum et bonum malum* [Jes 5,20].
 Quarto tali fundamento propositum ostenditur: Ait enim beatus *DI p. 16*
 Augustinus, quod non dimittitur peccatum nisi restituatur abla-
 tum.⁹ Ex quo fundamento sic procedo: Nam legitur in Exodo
 pharaonem Dei populum iniuste afflixisse, ex eo quia proposuit eis
 330 magistros operum qui affligerent eum oneribus, mandans etiam
 obstetricibus^k interficere infantes masculos [Ex 1,16], propter quod
 cunctorum in Egipto malorum contra populum Dei factorum et
 exactionum reus habetur, quia compelli faciebat ad hoc populum
 Dei. Sic reges nostri et principes compellentes christianos per suos
 335 iusticiarios et familiares contractas reddere usuras iudeis ad modum

^a permittentibus] -ntes *M*. — ^b quamquam] quam *M*. — ^c tu] *korr F*. — ^d Philemonem] Philomenem *F*. — ^e asserit] *fehlt M*. — ^f acrius] artius *DI*. — ^g errore] errori *DI*. — ^h culpabilem] culpalem *DI*. — ⁱ Ysidorus] Ysodorus *DI*. — ^j me] eum *DI*. — ^k obstetricibus] -sti- *F*.

⁸ Hieronymus, *Ad Philemonem*, in: MIGNE PL 26 (1845), Sp. 610; cit. Grat. 11.3,57.

⁹ Cf. Thomas von Aquin, *Summa Theologiae*, II-II (1962), qu. 62, a. 2, sed contra, S. 303.

pharaonis rei erunt bonorum sic per usuram ablatorum^a, et per consequens ad restitutionem obligati tenentur. Et hoc dicit expresse glosa Willelmi super Raymundi De usuris, q. quinta^b »de communitatibus«, super verbo »auctoritate vel consensu«¹⁰: »Dico«,

340 inquit, »de regibus et principibus, qui compellunt subditos ad reddendum usuras, quod tenentur ad restitutionem, etiam si nichil ad eos inde pervenerit^c«. Et quidem rationabiliter, non solum propter ea que iam dicta sunt, sed et pro eo quod omni iure usure sunt | prohibite, sicut in glosa Libri^d VI de usuris, c. »Usurarum

345 voraginem^e [VI 5,5,1], dicitur in hunc modum: »Et bene devorat animas ipsorum, quia prohibite sunt usure novo et veteri testamento et iure canonico . . . , et forte hodie iure^f civili secundum ea, que | notantur^g supra eodem, »Quia in omnibus [X 5,19,3]«¹¹,

350 ubi glosa super verbo »multi« ait: »propterea, quia multi fiunt^h, non excusantur, etⁱ etiam si omnes homines usurarii essent, cum in veteri testamento et novo prohibite sunt usure, ymmo etiam iure civili usure prohibite sunt, unde in nullo iure peti possunt«; et probat glosa ex eo, quod Iustinianus dicit se quatuor generales synodos observare et, sicut ibidem^j glosa deducit, in hiis synodis

355 interdicitur crimen usurarum.¹² Igitur licet leges videantur concedere exactionem usurarum, tamen hodie^k derogatas vult glosa, et ut sanctus Thomas ait Secunda Secunde de usura: »in ipso iure civili dicitur, quod res que usu consumuntur neque ratione naturali neque civili recipiunt^l usumfructum, et quod senatus non fecit

360 earum rerum usumfructum neque enim poterat. Et Philosophus, naturali ratione ductus, dicit in primo Politicorum^m, quod usuraria acquisicio pecuniarum est maxime preter naturam« [II-II, q. 78 art. 1 ad 3]. Et dato quod leges exactionem | usurarum ad-

365 mitterent, dicitⁿ tamen Raymundus et plures alii quod non valet, quia imperator terre non potuit condere^o legem contra imperatorem celi, nec servus abolere potest legem domini sui. Usure autem lege Dei execrate^p sunt, et quamvis preclari quidam doctores dicere videantur leges ad huc non esse abolitas^q quo ad moderatas usuras, tamen in glosa Libri VI de regulis iuris, regula »possessor male

370 fidei« [VI 5,13,2] dicitur: »In hiis autem in quibus periculum anime vertitur«, papa^r »quoad utrumque | forum«, scilicet canonicum et civile, »tollit legem«; et probatur hoc ibidem^s multis iuri-

F fol. 148^v
DI p. 17
M fol. 217^v
DI p. 18

^a ablatorum] oblatorum *M.* — ^b De usuris, q. quinta] S[umma], quinto *M.* — ^c pervenerit] pro-
M. — ^d libri] libro *F.* — ^e voraginem] vota ergo *F.* — ^f iure] inre *DI.* — ^g notantur] notatur. —
^h fiunt] sunt *M., F.* — ⁱ et] *eingefügt F.* — ^j ibidem] *eingefügt F.* — ^k hodie] hoc *F.* — ^l recipiunt]
fehlt F. — ^m Politicorum] Poll- *M.* — ⁿ dicit] *sic textus.* — ^o condere] concedere *DI., F.* —
^p execrate] extracte *DI., F.* — ^q abolitas] aboletas *F.* — ^r papa] probatur *DI.* — ^s ibidem] *folgt in M.*

¹⁰ Guilelmus Redonensis (Guillaume de Rennes, gest. 1264), *Apparatus in Summam de Casibus*, eine Glosse zur „Summa“ des Raimund von Peñaforte. Das Zitat konnte nicht verifiziert werden.

¹¹ Bonifatius, *Liber Sextus* (1470–72), glossa ad locum.

¹² Glossa, in: *Liber Extra* (1482), fol. 269^{ra-rb}.

bus, et concluditur: »Nam in hiis leges sacros canones imitare^a non
 dedignantur« [cf. X 5,32,1, 1 Nov. 83,1]. Sed copiose probatum
 375 est usuras vergere^b in periculum animarum, ymmo hereticus est
 censendus qui usuram non crederet peccatum, sicut dicitur in
 Clementinis de usuris^c [Clem. 5,5,1]. Pro tanto hec adduxi ut
 probetur rationabile^d fore Willelmi dictum, quod scilicet
 »principes obligantur ad restitutionem eis quos compellunt usuras
 380 iudeis reddere«, ex quo nullo iure hoc facere possunt. Et preterea
 regna et dominia ipsorum quo ad hoc merentur dici latrocinia,
 dicente beato Augustino^e in De Civitate Dei^f: »regna sine iusticia
 non sunt regna sed latrocinia«¹³. Animadvertant ergo contra se
 reges et principes et domini ceteri terrarum dictum quod habetur
 385 xi. q. iii., ubi dicitur: »Si is^g qui preest fecerit cuiquam^h quod a
 domino prohibitum est facere vel iusserit, aut quod preceptum est
 preterierit aut preterire mandaverit, sancti Pauli apostoli sententia
 ingerenda est ei dicentis, *Etiam si nos aut angelus de celo evangeli-*
saret vobis, preter quam evangelisavimus anathema sit« [cf. Grat.
 390 11,3,100], et iterum illud capituliⁱ sequentis: »Si quis prohibeat
 vobis^j quod a domino preceptum est vel rursus imperet fieri quod
 dominus fieri prohibet, execrabilis sit omnibus qui diligunt Deum«
 [Grat. 11,3,101]. Ex hiis enim^k auctoritatibus clare colligitur,
 quod quia omnis potestas a Deo est secundum Apostolum | scri- DI p. 19
 395 bentem ad Romanos [cf. Rm 13], quod reges et princi|pes ad hoc F fol. 149r
 positi a Deo et prepositi sunt^l ut subditos secundum Dei volunta-
 tem gubernare debeant, unde legum^m divinarum et humanarum
 iustarum custodes fore tenentur, sicut gloriose deducitⁿ sanctus
 Thomas in libro de Rege et Regno. Et ob id^o, ut ibidem probat,
 400 excellentissimam principes legum sanctarum custodes in vita beata
 et futura pre ceteris adipiscentur gloriam. Et econtrario probat
 quam atrocissimam severissimamque Dei ulcionem incurrunt
 principes divinarum legum transgressores in se et subditis.¹⁴ Cui^p
 405 sententie per omnia concordat quod habetur xi. q. iii., ubi sic
 legitur: »Is qui preest, si preter voluntatem Dei vel preter quod in
 sanctis scripturis evidenter precipitur vel dicit aliquid vel imperat,
 tamquam falsus testis Dei aut sacrilegus habeatur« [Grat. 11,3,101].
 Quantum autem illud et superallegata capitula et quam clare
 astringeant^q principem ecclesiasticum presertim, notorium relin-
 410 quo, cum pontifex loco Dei specialiter populi sit^r ductor et doctor

^a imitare] imitari *M*, ymitare *F*. — ^b vergere] vrgere *DI*. — ^c de usuris] *fehlt DI, F*. — ^d rationabile]
 rationale *M*. — ^e dicente beato Augustino] dicit beatus Augustinus *M*. — ^f Dei] *fehlt M*. — ^g is]
 hiis *M*. — ^h cuiquam] *davor gestr.*: quidquam *F*. — ⁱ capituli] Apostoli *F*. — ^j vobis] nobis *M*. —
^k enim] *fehlt M*. — ^l sunt] *fehlt F*. — ^m legum] *folgt gestrichen* et *F*. — ⁿ deducit] *davor gestrichen*
 dicit *F*. — ^o id] hoc *M*. — ^p cui] cuius *M*. — ^q astringeant] -gant *DI*, -gunt *F*. — ^r populi sit] sit
 populi *M*.

¹³ Vgl. Augustinus, *De Civitate Dei* (1955), Buch 4, c. 4, S. 101: *remota itaque iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia?*

¹⁴ Vgl. Ptolomaeus von Lucca, *Continuatio S. Thomae De regno* (2011), 2,9, 3,3, 3,8 und 3,11.

constitutus.¹⁵ Igitur illicio conclusionem, ut prius questionis, negativam^a partem.

| Quinto^b procedo ex capitulo quod Gregorius decimus statuit in *M fol. 218^r*
Concilio Lugdunensi et ponitur Libro VI de usuris, et sequitur de
415 verbo ad verbum: »Usurarum voraginem que animas devorat et facultates exhaurit compescere cupientes, constitutionem Lateranensis Concilii contra usurarios editam sub divine maledictionis intimacione^c precipimus inviolabiliter observari. Et quia quo minor feneratoribus | aderit fenerandi commoditas eo magis adimetur *DI p. 20*
420 fenus exercendi libertas, hac^d generali constitutione sancimus ut nec collegium nec alia universitas vel singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, condicionis^e aut status, alienigenas vel alios^f non oriundos de terris ipsorum publice pecuniam fenebrem exercentes aut exercere volentes ad hoc domos in terris suis
425 conducere vel conductas habere aut alias habitare permittant, sed huiusmodi usurarios manifestos omnes infra tres menses de terris suis expellant^g, nunquam aliquos^h tales de cetero admissuri. Nemo illis ad fenus exercendum domos locet aut sub alio titulo quocumque concedat. Qui vero contra fecerint si persone fuerint ecclesiastice, patriarche, archiepiscopi, episcopi suspensionis; minores vero persone singulares excommunicationis; si autem collegium«,
430 etc. [VI 5,5,1]. Et inⁱ Clementinis de usuris est alia decretalis dicens: »Ex gravi ad nos^j insinuacione pervenit quod quorundam communitates locorum in offensam Dei et proximi ac contra iura^k divina pariter et humana^l usurariam approbantes quodammodo pravitatem et^m per statuta sua, iuramento quandoque firmato, usuras exigiⁿ et solvi nedum^o concedunt sed ad solvendum eos^p debitores scienter compellunt, aut iuxta ipsorum continentia^q statutorum gravia imponendo plerumque usuras repetentibus
440 onera, aliasque utendo^q super hiis diversis coloribus et fraudibus exquesitis^s repeticionem impendunt earundem. Nos igitur perniciosis hiis ausibus | obviare volentes, sacro concilio approbante *DI p. 21*
statuimus ut quecumque communitatum ipsarum potestates, | capitanei^t, rectores, consules, iudices, consilarii et alii quivis officiales *F fol. 149^v*
445 les statuta huiusmodi de cetero facere vel dictare aut quod solvantur usure vel quod solute^u cum repetuntur non restituantur plene

^a negativam] *davor* scilicet *M*. — ^b quinto] *davor* Quintum fundamentum *M*. — ^c intimacione] interminacione *M*. — ^d hac] hoc *M*. — ^e condicionis] *folgt gestr.* status *M*. — ^f alios] alias *DI*, *korr.* *F*. — ^g expellant] expellent *M*. — ^h aliquos] *fehlt F*. — ⁱ in] *fehlt F*. — ^j nos] vos *DI*. — ^k iura] *korr.* *M*. — ^l humana] habentia *DI*. — ^m et] *fehlt M*. — ⁿ exigi] *exegi DI, F*. — ^o nedum] nondum *M*; *folgt* continentiam *F*. — ^p eos] *davor gestr.* eis *M*. — ^q continentia] *fehlt M*. — ^r utendo] *utenda F*. — ^s exquesitis] -qui- *F*. — ^t capitanei] -nii *DI*. — ^u solute] *fehlt DI*.

¹⁵ Vgl. Petrus von Blois, Ep. 27, in: MIGNE PL 207 (1855), Sp. 94A: *Elegit eum Dominus in sacerdotem sibi, ut esset in populo eius ductor et doctor*; Petrus von Celle, *De disciplina claustrali* (1977), c. 2, S. 128: *Alter episcopus et canonicus, alter abbas et monachus; uterque sanctus, uterque dominici gregis doctor et ductor egregius.*

et libere scienter iudicare^a presumpserint, sententiam excommuni-
 cationis incurrant^b [Clem. 5,5,1]. Ex hiis decretalibus claret eas
 diligenter inspicienti, quod rationabiliter non potest dici quod
 450 princeps sana conscientia locare seu habitare facere in terris suis^c
 ad publicam usuram exercendam possit iudeos. Et si forsitan
 sententia tunc lata occasione iudeorum non fuerit^d, nichilominus
 tamen quoad^e crimen usurarum, quod ille decretales detestabile
 volunt reddere, non est iudeus melioris condicionis quam christi-
 455 anus usurarius. Et pro tanto sufficiunt michi hee decretales ad pro-
 positum, una cum aliis dictis et dicendis.

Sexto tali fundamento ostendi potest propositum: Est enim, ut ait
 Apostolus, *radix omnium malorum cupiditas* [I Tim 6,10]; alia lit-
 tera habet: *radix omnium malorum est^f avaricia*. In hoc autem con-
 460 cors est tota theologorum | cohors, quod illam incurrit omnis qui
 non suum et quod non iuste habere potest in sui utilitatem acquirit
 et convertit. Sed sic est ut reor de dominis terrarum, qui iudeos
 habitare faciunt in terris suis ad exercendum usuram, sicut in
 partibus | Almanie est generale quod iudei nichil habent preter
 465 usuras, quas vel ipsi vel ipsorum parentes et antecessores extorse-
 runt a christianis amplius quam a mille annis. Et si, ut quidam
 dicunt^g, verisimile esset^h, quod aliqui iudeorum aliquid habeant
 preter quod acquisierunt per usuram, hoc tamen ita in paucisⁱ et
 modico est quod non cadit sub estimatione respectu aliorum bono-
 470 rum ipsorum per usuram acquisite. Ergo principes et domini
 bona et pecunias a iudeis receptas, cum sibi retinent aut in suum
 usum convertunt, peccatum avaritie incurrunt, *quod est idolorum
 servitus* secundum Apostolum [Eph 5,5]. Igitur^j concluditur ut
 prius.

475 Quod autem principes non possunt retinere pecunias receptas a
 iudeis, qui ut dictum est nil preter usuram habent, patet per
 sanctum Thomam in epistula supra allegata ad ducissam Lotringie
 et Brabantie de iudeis^k, cui requisitus respondit: »Dicendum vide-
 tur«, inquiens^l, »quod cum omnia que iudei ab aliis per usuram
 480 extorsissent non possunt licite retinere, consequens est ut si vos
 etiam ab eis ea reciperitis^m, nec vos licite retinere potestis, nisi
 forsitan essent talia que a vobis vel antecessoribus vestris hactenus
 extorsissent. Si que vero habent que extorsissent ab aliis quam ab
 eis, exacta debent restitui illis, quibus iudei restituere tenebantur.

485 Unde si inveniuntur certe persone, a quibus extorsissent usuras,
 debentⁿ eis restitui; alioquin in pios usus debent^o secundum con-
 silium diocesani^p et aliorum proborum vel | etiam in communem DI p. 23

^a iudicare] iudicare DI. — ^b incurrant] -runt M. — ^c suis] *fehlt* F. — ^d fuerit] fuit F. — ^e quoad] ad M. — ^f est] *fehlt* DI, F. — ^g quidam dicunt] quidem dicunt DI; dicunt quidam F. — ^h esset] esse M. — ⁱ paucis] pauco M. — ^j igitur] ergo F. — ^k *Am Rande von anderer Hand*: Verba b. Thome ad ducissam Lothryngie M. — ^l Dicendum videtur, inquiens] dicens: videtur inconveniens DI, F. — ^m reciperitis] -etis DI, F. — ⁿ debent] debet M, DI. — ^o debent] debet M, DI. — ^p diocesani] dyo- *F passim*.

utilitatem terre, si necessitas immineat^a vel exposcat utilitas,
erogari«. ¹⁶ Et in eadem epistula | paucis interiectis dicit, si pena F fol. 150^r
490 extorta fuerit a iudeo, pecunia tamen pene nomine ab usurario
ablata iudeo retineri non potest, sed in usus supradictos converti,
si non habeat aliud quam usuras. Et notabile est quod subdit: »Si
vero«, ait, »dicatur^b quod ex hoc principes dampnificantur, hoc
dampnum sibi imputent, utpote ex eorum negligentia proveniens.
495 Melius enim esset ut iudeos laborare ad proprium victum lucranda-
dum compellerent, sicut in partibus Italie^c faciunt, quam quod
ociose viventes de solis usuris ditentur et sic eorum domini de suis
redditibus frauderentur^d. Ita enim per suam culpam princeps
defrauderetur de redditibus propriis, si permitteret suos subditos
500 ex solo latrocinio vel furto^e lucrari: teneretur enim restituere
quidquid ab eis exigeret«. ¹⁷ Hec sanctus doctor. Nec est simile de
theoloniis; sed cum principes pecunias a iudeis usurariis sibi datas
vel exactas raro aut nunquam restituant, non possunt igitur bona
conscientia huiusmodi usurarios iudeos ad usuram in terris suis
505 locare. Nam quid^f aliud ex huiusmodi locatione potest concludi
nisi quod ultra omnia exacta a christianis etiam volunt quod iudei
extorqueant^g quod superest^h a pauperibus christianis subditis suis,
ut et hoc per talem modum habeant, quod alias se habere desperant
a subditis suis. | O certe species mala, a qua precepit Apostolus DI p. 24
510 abstinere, dicens: *Ab omni specie mala abstinete vos* [I Thess 5,22].
Nunc quoque pro totius in hac materia dicti conclusionem hortor
sincerissime dominos principes, quatenus verbum Psalmiste anim-
advertant pauperum oppressorum a Deo futuram consolationem
promittentis | ac petentis, dicentis: *Deus iudicium tuum regi da*, hoc M fol. 219^r
515 est omni potestatem habenti, *et iusticiam tuam filio regis*, hoc est
consiliariis et ministris regis seu principis. *Iudicare populumⁱ tuum
in iusticia et pauperes tuos in iudicio* scilicet iusto [Ps 71,2]. Et ibi-
dem subdit, *ex usuris et iniquitate redimet animas eorum* [Ps 71,14],
scilicet iustus et misericors Deus, qui est *benedictus* [Ps 71,18].
520 Hec^j hucusque non ea intentione deduxi ut confunderem aut con-
fusibilem quemquam illustrissimorum principum redderem, sed ut
ammonerem^k sicut filius patrem, et servus dominum, instructus
doctrina Pauli Thimoteo dicentis^l, *Seniorem ne increpaveris, sed
obsecra tamquam patrem* [I Tim 5,1]. Et seniorem non annorum

^a immineat] ymm- F. — ^b dicatur] *folgt gestrichen*: aliud quam usuras F. — ^c Italie] Ytalie F. —
^d frauderentur] fraudentur DI, F. — ^e furto] furtu DI, F. — ^f Nam quid] Numquid F. —
^g extorqueant] -antur M. — ^h superest] supra est M, super est DI. — ⁱ populum] *folgt gestr.*: in F. —
^j Hec] Hoc F. — ^k ammonerem] amonerem DI, *korrigiert in F.* — ^l dicentis] dicenti M.

¹⁶ Vgl. Thomas von Aquin, „Epistola“ (1979), S. 375 f. (indirekt zitiert!).

¹⁷ Thomas von Aquin, „Epistola“ (1979), S. 376 (mit Abweichungen).

- 525 curriculo intelligit sed dignitate et eminentia qualibet quem^a pre-
fulgentem.¹⁸ Certus enim sum quod maior dominorum principum
pars ex ignorantia circa iudeos peccat, quibus eo magis est com-
paciendum, ymmo pro eis sedule orandum, ut Deus eos illuminet
in hiis et ceteris que sue sunt voluntatis et pro bono communitatis.
- 530 Et tantum de prima questione, ubi si nimis protraxi stilum aut quid
irreverenter evomui, quod tamen absit, precor humilime inadver-
tentie | et non malicie veniam dari^b. Verum quia^c, ut quidam ait, *DI p. 25*
multorum animus est reprehendere ab aliis dicta, vel quia contrario
laborant morbo aut quia volunt videri singulares, sive forsitan ex
535 persone odio aut | complacendi gratia cuiquam adulando: hinc est *F fol. 150^v*
quod rogo quatenus non detrahendo aut in ventum verba proici-
endo^d sed scribendo si quid reprehensibile^e hic invenerint, repre-
hendant, quatenus ad manus meas scilicet Sifridi episcopi Cire-
nensis theologorum^f minimo devenire^g possit, ut si male – quod
540 Deus avertat – quid scripsisse me in hac questione deprehendam
metipse corrigam, sicut paratus sum semper, aut certe informatio-
nem uberiores facere forsitan queam ad veritatis elucidationem,
ut secundum Salvatoris promissum *veritas liberet nos* [*cf.* Joh 8,32].
Cumque illa^h iam scripseram ac cuidam iurisperito fido michi
545 amico ad videndum ac consiliandum, quatenus ex me solo non
procederet omnino huiusmodi satis duraⁱ responsio sine aliorum
consilio tradidisset, ille mox obtulit questionem iam dudum ven-
tilatam per dominum Petrum de Ancrano famosissimum docto-
rem et scriptam imperatori in hac forma:¹⁹ »Utrum dominus cum
550 consensu populorum subditorum^j possit sine peccato iudeis con-
cedere iudicem^k, qui compellat^l christianos^m ad solutionem usura-
rum de pecuniis mutuatis«. Super quo valde gavisus sum, quia
nusquam ad manus meas in specie sic ventilatumⁿ | prius devenit *DI p. 26*
555 in illa materia quicquam^o. Et quoniam pro et contra in illa venti-
latione adducuntur plura, idcirco eam de verbo ad verbum, excusso
penitus omni fastidio, recitare volo ad maiorem evidentiam veri-
tatis. Procedit ergo sic:

^a quem] quam *F*. — ^b dari] dare *M*. — ^c quia] *über der Zeile M*, quidem *DI, F*. — ^d proiciendo] iacendo *DI, F*. — ^e reprehensibile] -ibilem *DI*. — ^f theologorum] -iorum *M*. — ^g devenire] -iri *DI, F*. — ^h illa] illam *M*. — ⁱ dura] data *F*. — ^j subditorum] *fehlt F; vgl. den Druck des Consiliums: de consensu populi*. — ^k concedere iudicem] iudicem concedere *F*. — ^l compellat] compellet *M*. — ^m christianos] iudeos *M*. — ⁿ ventilatum] -ulatum *DI*. — ^o quicquam] quidquam *DI, F*.

¹⁸ Die Formulierung legt nahe, dass der Verfasser älter war als der Erzbischof, an den er sich wandte. Bei Dietrich von Erbach (ca. 1390–1459) ist dies allerdings unwahrscheinlich, anders bei Dieter von Isenburg (1412–1482) und Adolf II. von Nassau (ca. 1423–1475).

¹⁹ Petrus de Ancharano († 1416), in: *Consilia*, 2 [1513], fol. 106^{vb}–107^{ra} (Consilium CCXLIII, *Utrum dominus cum consensu populi possit sine peccato iudeis concedere iudicem qui christianos cogat ad solutionem usurarum*). Die Postinkunabel war mir zugänglich in der Stadtbibliothek Trier (Sign. XY 590 2^o); sie bietet nicht immer den besten Text, wird aber trotzdem im Folgenden wie eine Vorlage behandelt.

»Et quod super hoc^a«, inquiens, »possitis vestrum decretum conce-
 dere, probatur primo ex eo, quod non ex aliqua partium hic depre-
 560 hendi potest delictum vel peccatum. Non ex parte christianorum
 recipientium sub usuris | iuxta notata in^b c. ›Super eo‹ de usuris *M fol. 219^v*
 [X 5,19,4], non ex parte iudeorum mutuantium, nichil enim ad
 nos de hiis qui foris sunt, sicut c. ›Gaudemus‹ de divorciis [X 4,
 19,9 (!)]. Nam ut ait^c canon, ›super vacue rei videtur dare operam‹
 565 qui cohercere^d iudeos nititur^e a peccato utpote iam dampnatos
 propter perfidiam. Tolerandi^f sunt igitur in eorum ritibus, ut xlv.
 di. c. ›Qui sincera‹ [Grat. 45,3]. Si ergo non reperitur hoc decretum
 continere in se peccatum vel vicium, ergo permissum, cum omnia
 sint de genere permissorum nisi expresse reperiantur prohibita, ut^g
 570 c. ›Inter corporalia‹ de translacione [X 1,36,11], cum ibi nota^h.
 Secundo hoc probatur quia leges communes edite a catholicis
 principibus ut a Iustiniano permittunt usuras, ut patet in toto
 titulo de usuris C. et ff.ⁱ, ergo et quilibet dominus et quelibet
 civitas potest inde^j statuere, cum facere statutum sit regulariter in^k
 575 iure concessum, ut c. i. de constitutionibus Libro VI [VI 1,2,1] et
 l. ›Omnes populi‹ ff. de iustitia et iure [D 1,1,9].
 Tercio propter bonum, quod ex aliquo male gesto sequitur, ipsum
 malum toleratur, | et similiter propter maius^l malum vitandum *DI p. 27*
 conceditur minus malum. Unde Paulus, cum quosdam inconti-
 580 nentes in ecclesia aspiceret, concessit minora ut maiora declinaret,
 dicens propter fornicacionem: *unusquisque uxorem suam habeat*
 [I Kor 7,2], xiii. di. ›Nervi‹ [Grat. 13,2], et idem beatus Augusti-
 nus, ut habetur xii. q. i. c. ›Ecce‹ [Grat. 12,1, dictum post]. Et
 ecclesia tolerat publicas meretrices et sub dissimulacione pertransit
 585 ut evitet maius^m malum, ut no. in c. ›Inter opera‹, de sponsalibus
 [ad X 4,1,20]. Cum ergo iste princeps catholicus hoc velit dis-
 cernere, | ut evitetⁿ maius malum quod vertitur si christiani sub
 fenore^o mutuarent^p, videtur hac ratione decretum suum posse de-
 fendi; de ipsis, non iudeis^q tenetur reddere rationem Deo, c. ›Irre-
 590 fragabili‹ de officio [iudicis] ordinarii [X 1,31,13]. Et si hoc non
 ageret, posset sibi obici illud Proverbiorum: *Noli esse nimis iustus*
 [cf. Koh 7,17], nam *sanguinem elicit qui nimis emungit* [cf. Spr
 30,33], iii. di. ›Denique‹. Nam ut ibi dicit textus, in quibusdam
 595 forte peiores existant, si‹ ab eorum ›consuetudine prohibeantur‹
 [Grat. 4,6]. *F fol. 151^r*

^a hoc] *über der Zeile M.* — ^b in] *iii F.* — ^c Nam ut ait] *Ubi ayt F.* — ^d cohercere] *coharcere F.* —
^e iudeos nititur] *nititur iudeos M.* — ^f Tolerandi] *toll- M passim.* — ^g ut] *om. DI, F.* — ^h cum ibi
 nota] *fehlt M.* — ⁱ C. et ff.] *c. ii ff. [= D 22,1,2] DI, F.* — ^j inde] *idem M.* — ^k in] *a M.* — ^l maius]
fehlt F, magis DI. — ^m maius] *magis DI.* — ⁿ maius malum – ut evitet] *fehlt in M.* — ^o *Im Druck*
des Consiliums folgt »non«, was einen falschen Sinn ergibt. — ^p mutuarent] *mutuentur F.* — ^q de
 ipsis, non iudeis] *cum de ipsis iudeis non DI, F. Die Hs. M ist näher am Text des Consiliums, wo es*
heißt de ipsis enim, non de iudeis. — ^r laici] *layci F passim.*

Quarto, ut dixi, propter bonum publicum quod ex hoc sequitur videtur tale decretum posse defendi. Providetur enim necessitatibus subditorum non valentium aliter recipere pecunias mutuo.

600 Cum enim pecunie omnia obediunt et per ipsam estimentur^a, ut l. i. ff. de contrahenda emptione [D 18,1,1], videtur de facili sumi venia speranda, postquam per hoc decretum multorum salus et incolumitas procuratur, ut l. [p. 28] ›Presides‹ c. de feriis [D 2,12,4]. Hinc est quod propter necessitatem multa^b regulariter prohibita

605 iure divino, iure humano conceduntur, ut furtum, homicidium et similia, ut c. ›Si quis‹^c propter necessitatem‹ de furtis [X 5,18,3], c. ›Licet‹ de feriis [X 2,9,3]. Pre omnibus placet enim Deo creaturam^d rationalem et corporalem conservare, pro qua etiam animam suam dedit, c. ›Cum ad monasterium‹ de monachis [X 3,25,6] in

610 novellis^e. Et propter hoc bonum publicum ius civile concessit usuras, volens per eas indigentibus subvenire. Simili de causa concedit quod possumus prescribere res alienas cum mala fide, ut l. ›si quis emptoris‹, c. de prescripto, xxx. di.^f an [C 7,39,8]²⁰, et propter^g bonum publicum, ne diu sint^h dominia rerumⁱ in incerto,

615 ut [l. i. ff. de usucap. [Inst. 2,6,1], et appellatur istud ius bonum sed non equum; est enim aliquod bonum et equum et aliud equum et non bonum, ut per exempla patet in]^j l. i. ff. de iustitia et iure [D 1,1]. Ex quibus videtur hoc decretum propter bonum publicum tolerari, licet per ipsum modificetur ius commune, quod prohibet simpliciter | fenerari. Nam hoc est permissum, ius divinum modificare

620 per constitutiones principum ex causa, ut notat Innocentius in c. ›Cum omnes‹ de constitutionibus [X 1,2,6]. Unde Augustinus in libro de libero arbitrio ›lex‹, inquit, ›ista que regendis civitatibus fertur multa concedit que per divinam providentiam iudicantur‹.²¹ M fol. 220^r

625 Quinto et ultimo pro hoc facit assensus subditorum in hoc decreto concedendo. Cum enim de eorum preiudicio agatur, videtur^k eorum consensus necessarius, ut no. de simili^l c. ›Quanto‹ de iureiurando [X 2,24,17] et c. ›humilis‹ de maioritate et obedientia [X 1,33,17]. Et quod eorum consensus in hoc operetur probatur

630 ex eo^m quia in re propria quilibet est moderatorⁿ et arbiter, ut l. ›In re mandata‹^o c. mandati^p [C 4,35,21], et iustum est cuique suum committere, c. de iudeis ›Nemo | exterus‹ [C 1,9,9]. Si ergo DI p. 29

^a estimentur] ext- M, F. — ^b multa] multo M. — ^c quis] quid DI. — ^d creaturam] folgt enim F. — ^e in novellis] in nomine M, DI; korrigiert nach dem Druck des Consiliums. — ^f di] fehlt M, F. — ^g propter] prope F. — ^h sint] sitis F. — ⁱ dominia rerum] dominia F, diurna DI; vgl. auch den Druck des Consiliums. — ^j Die kursiv gedruckte Passage fehlt in der Determinatio und ist hier ergänzt nach dem Druck des Consiliums. — ^k videtur] videtur videtur M. — ^l de simili] fehlt M. — ^m eo] ea DI. — ⁿ moderator] moderatur DI. — ^o mandata] korr. F. — ^p c. mandati] et mau DI.

²⁰ Zu Ancharanos Auffassungen über die Möglichkeit einer *prescriptio mala fide*, vgl. SAWICKI, *Ecclesiological and Political Thought* (1977), S. 264–268.

²¹ Cf. Augustinus, „De libero arbitrio“, 1,5,41 (1970), S. 219 (*vindicantur*).

sponte statuunt vel statuto domini consentiunt quod usuras^a
 teneantur solvere iudeis de pecuniis quas mutuo suscipiunt, viden-
 635 tur obligari ad solutionem ac si specialiter convenissent, ut ar. l.
 ›de quibus‹ ff. de legibus^b [D 1,3,32], et dicto l. ›Omnes populi‹
 [D 1,1,9], et maxime ponderata causa finali, que est ut neces-
 sitatibus indigentium succurratur. Nam etiam ex causis non ita
 concernentibus bonum^c universorum ius canonicum concedere
 640 videtur^d quod | possit recipi ultra sortem, ut c. ›Salubriter‹ de usuris *F fol. 151^v*
 [X 5,19,16] et no. c. ›Conquestus‹ eodem titulo [X 5,19,8]. Con-
 cluditur ergo quod postquam assensus subditorum accedit, possint
 ad solutionem compelli. Et talis assensus purgat omne vicium et
 peccatum, si quod hic vertitur in solvendo usuras, quod tamen non
 645 vertitur cum eas^e si se obligaverint teneantur, ut c. ›Debitores‹ de
 iureiurando [X 2,24,6]. Et probatur clarius per ea que dicta sunt
 supra in prima ratione.

Et licet iste rationes multum urgeant, tamen non audeo hoc tenere,
 ex eo quod ius canonicum statuit quod iudei teneantur usuras
 650 remittere et cogantur ad hoc per principes seculares, ut in c. ›Post
 miserabilem‹ de usuris [X 5,19,12]. Satis ergo videtur contraria
 constitutio et decretum vestrum iuri^f canonico, quod cogit iudeos
 remittere; per decretum autem vestrum cogentur^g christiani sol-
 vere et per hoc, scilicet [*quod*]^h iuri canonico adversaretur, possitⁱ
 655 dici irrationabile, ut in c. i. de constitutionibus Libro VI [VI 1,2,1].
 | Item etiam inhonestum videretur cogere christianos ad solven-
 dum usuras iudeis. Qua de causa, scilicet propter opprobrium fidei
 christiane, talia decreta principum concessa iudeis in simili repro-
 bantur, ut in Clementinis de usuris [Clem. 5,5]. Ad essentiam
 660 autem constitutionis et legis requiritur honestas, ut di. iiii. c. i.ⁱ
 [Grat. 4,1, pars 2]. Decrevit autem lex et^j in convencionibus non
 solum quod licet^k sed quod honestum est debemus sequi, ut l. iiii.
 de convencionibus^l de regulis iuris [C 50,17,197]. Item quantum-
 cumque per rationes factas pro alia parte possit persuaderi hoc
 665 decretum valere propter publicum bonum et consensum populi et
 quia ex neutra partium tendit ad mortale peccatum, ut vult prima
 ratio, tamen non credo hoc spectare ad iurisdictionem vestram, sed
 Romani pontificis [...] ^m, cuius est cognitio predictorum an sit
 concessibile nec ne ⁿ. [...] Nec propter [...] bonum publicum alio-
 670 rum debetis in minimo peccare vel transgredi honestatem vestre
 excellentie, xiiii. di. [Grat. 14,1–2], quod ait, ›et tucius est [...] hoc
 tenere pro bono conscientie‹. Nam ut | ait canon, ›bonarum men- *M fol. 220^v*
 tium est ibi etiam culpam invenire ubi culpa non est‹ [X 3,46,2],

^a usuras] usuram *M*. — ^b de legibus] et lege *M*. — ^c bonum] bonorum *M*. — ^d concedere videtur] videtur concedere *F*. — ^e eas] eos *F*. — ^f iuri] iure *M, F*. — ^g cogentur] coguntur *DI, F*. — ^h quod] *fehlt M, DI, F, ergänzt nach dem Druck des Consiliums*. — ⁱ possit] posset *F*. — ^j di. iiii. c. i.] iiii. di. *M, DI*. — ^k et] *fehlt DI, F*. — ^l quod licet] *fehlt F*. — ^m in convencionibus] *Sic statt in coniunctionibus (C 50,17,197)*. — ⁿ Hier und im Folgenden werden die Auslassungen gegenüber dem gedruckten Consilium durch Punkte gekennzeichnet. — ⁿ nec ne] *fehlt M*.

et in dubiis est tucius abstinere, de sponsalibus, c. ›Juvenis‹
675 [X 4,1,3].«

In hac disputatione ad utramque partem apparet quod plus decli-
nat ad negativam quam ad aliam, et fundat se in primo funda-
mento meo et pluribus aliis per me etiam dictis. Et etiam addit
certa propter que interdicit imperatori ne decernat tale decretum
680 tamquam vergens in anime sue periculum. Verumque illas quinque
rationes, quas pro alia | parte inducit, multum innuit urgere et eas *DI p. 31*
omnino insolutas relinquit. Idcirco cum michi nil^a estimationis,
salvo semper iudicio saniori, videntur^b continere, ^c licet supra, si
diligenter considerentur, dicta satis sint solute, sed nunc earum
685 solucionem prosequar propter maiorem et clariorem in hac materia
declaracionem. Advertendum autem quia^d in quibusdam earum
rationum certa tangit, que specialem ingerere videntur difficulta-
tem, ideo ubi hoc videbitur, ibi ad ea in specie solvenda descen-
dam^e. Et sic:

690 Ad primam dicendum quod ratio innititur falso simpliciter, scilicet
quod non sit iudeo peccatum usuras exercere. Quod esse falsum
breviter ostenditur sic: Dato enim quod in lege Moysi non esset
usura inhibita iudeis, sicut tamen est ut supra dictum fuit, ad huc
et maxime quia^f in lege evangelica, ad quam observandam omnes
695 homines tenentur et nulli extra illam salus esse poterit, prohibet
Salvator usuras, Luce vi. dicens *mutuum date nichil | inde sperantes* *F fol. 152^r*
[Lk 6,35 *var.*]. Quapropter non excusatur infidelis iudeus a trans-
gressione saluberrimi Salvatoris mandati, eo quod evangelium non
recipit, sed magis aggravat, et totiens quotiens usuram exercet sem-
700 per peccat mortaliter. Obligatur enim omnis homo ad suscipien-
dam fidem evangelicam; unde non^g ex hoc quod ecclesia non
compellit infideles ad ea que in evangelio precipiuntur, quia nichil
ad eam *de hiis | qui foris sunt* [*cf.* I Kor 5,12] quantum ad hoc, non *DI p. 32*
absolvuntur infideles a peccatis si contravenerint evangelio; sicut
705 quotiens maledicunt salvatori nostro, quem nos eusebia venera-
mur, tociens peccant gravissime, et consimiliter in gradu suo est de
peccato usure. Quod autem ulterius dicitur, ecclesia tolerat ritus
iudeorum, verum est de sabbatis et aliis festivitibus, purificacio-
nibus, oblacionibus et ceremoniis in sinagogis^h et sepulturis suis.
710 Et sic patet quod prima ratio ex mera ignorantia procedit ac si in
hiis quibus iudei opprobriose contraveniunt legi evangelice non

^a nil] nichil *M.* — ^b videntur] vedantur *DI, F.* — ^c continere] *folgt* me ad eos *F.* — ^d quia] quod
M, F. — ^e descendam] dicendam *F.* — ^f quia] *fehlt* *DI, F.* — ^g non] *folgt gestrichen* possit *F.* —
^h sinagogis] *syn- F.*

peccarent, quod dicere est^a ridiculosum^b apud^c intelligentes, quia sic non fuisset eis peccatum Stephanum lapidare [cf. Apg 7,57].²²

715 Sed forsitan adhuc diceret aliquis, dato sicut convincitur quod peccatum sit ex parte iudeorum usuram recipientium^d, quid hoc ad principem cui nulla cura de salute ipsorum precipitur? Sicut etiam in illa ratione inducitur canon »super vacue« etc.^e Dico quia ostenso^f quod iudeus peccat contra evangelium Christi usuras extorquendo a christianis, princeps quicumque catholicus prestare

720 non debet auctoritatem^g iudeo transgrediendi Christi evangelium, alioquin quoad hoc facit sicut Pilatus fecit consentiendo | et co-operando in mortem Christi, sic hic in transgressionem evangelii iudeis commoditatem et manutentionem prestando ad usuras a christianis extorquendas. Ulterius insinuare vult in eadem ratione

725 quod non habeatur inhibitum iudeis. Patet falsum ex duobus: | primo quia auctoritate veteris et novi testamenti, secundo quia ecclesia inhibet potestatibus christianis ne eis hoc permittant, sicut^h patet per c. »Post miserabilem« [X 5,19,12]. Et sic patet illam rationem nil urgereⁱ. M fol. 221^r
DI p. 33

730 Ad secundam rationem, que innititur constitutione^j Iustiniani etc., secundum mentem meam satis et in veritate dictum est in quarto articulo decisionis. Sed quoniam in hoc responsio Iohannis Andree in regula »Peccatum« in suis Mercurialibus non obviat dictis meis, ut dem etiam aliis occasionem indagande veritatis, solutionem

735 eius^k hic ponere curavi. Dicit enim quod »concessio potest accipi tribus modis: uno modo prout est simplex permissio, dimittens vel indulgens penam [...]. Secundo modo potest accipi concessio prout est idem quod permissio^l, tollens impedimentum, secundum quem modum iudei inter nos habitantes permittuntur ab ecclesia

740 in observantia sui ritus«, ut est supra immediate dictum. Et hec permissio dissimilis est prime: Ibi enim est »sola remissio pene, sed ista secunda permissio plus facit, quia non solum permittit [...] ritus iudeorum sed etiam removet impedimenta christianorum qui vellent impedire [...], et quantum ad hoc se habet per additionem

745 ad illam. Tercio modo potest accipi concessio prout est idem quod permissio prestans iuvamentum; secundum quem modum ecclesia permittit quandoque clericum occidi a potestate seculari. Et hec permissio se habet ad secundam sicut secunda ad primam«. ²³

^a est] *fehlt* M. — ^b ridiculosum] *redi-* M. — ^c apud] *apud* M. — ^d recipientium] *-entem* M. — ^e etc.] *fehlt* M. — ^f ostenso] *ostensio* DI. — ^g non debet auctoritatem] *auctoritatem non debet* DI, F. — ^h sicut] *folgt gestrichen*: per F. — ⁱ urgere] *folgt* etc. F. — ^j constitutione] *-ioni* M. — ^k eius] *korr.* F. — ^l permissio] *pro-* M.

²² Cf. Guillelmus de Sancto Theodorico, „Disputatio aduersus Petrum Abaelardum“, cap. 13, in: MIGNE PL 180 (1855), Sp. 282: *Propter quod inquit iudaei qui Stephanum lapidauerunt et dominum crucifixerunt non peccauerunt imo plus peccauissent si contra conscientiam estimationis suae ei pepercissent.*

²³ Johannes Andree, *Mercuriales* (1510), fol. 77^{ra-rb}.

750 Nunc per hoc ad rationem dicendum, quod permissio seu concessio | usurarum in iure civili non est per oppositionem vel contradictionem iuris canonici, quia talis »nullius^a esset momenti«, et presertim hic quia tunc esset contra Deum.²⁴ Talis igitur permissio non est per oppositum, | ut ratio proponit, sed per obmissionem quasi negative non comminando penam, eo quod obmittit^b talem
 755 contractum prohibendum et puniendum iure^c canonico et divino. Hec solutio ex dictis formalibus Iohannis Andree ubi supra colligitur, unde infert ibi »quod controversia^d, que est inter iuristas de permissione contractus usurarii non videtur esse rationabilis, quia utraque pars potest dici^e verum«²⁵; et exemplificat seu applicat ad
 760 illos tres modos concessionis suprapositos, et sic patet evacuata.
 Secunda ratio – et quamquam secundum mentem meam hoc non sit^f, tamen hodie illa solutio bona et sufficiens est: Nam ius civile non prohibet impedimentum saltem expresse, nec dat iuvamentum contractui usurario, et ideo nichil positive agit circa illum contractum, ex quo imperator expresse dicit »leges sacros canones non«
 765 etc. [X 5,32,1, cf. I Nov. 83,1]. Nolo autem nunc insistere dictis Iohannis Andree, nec opus est, nisi forsitan quis occasionem prestaret maiorem: tunc opus esset declarare quare mentem Iohannis Andree superius non prosecutus sim nec mentionem de oppositione^g disputantis et sua fecerim. Non enim per omnia sustineo dicta domini^h Iohannis Andree in hac materia, ubi trahit glosam a propria intencione sua et etiam innititur – salva eius reverentia – insufficienti | fundamento in eo quod ponit finem | legum solamⁱ
 770 naturalem amicitiam²⁶, de quo nunc non oportet dicere nisi pro tanto ne aliquis estimet me ex ignorantia dictorum ipsius superius in decisione mea processisse in quarto articulo ubi de iure civili, quantum ad propositum spectat, egi.
 Ad tertiam^j et quartam (quas recipio pro eodem) rationem^k, que fundatur super illud quod minus malum tolerandum sit propter
 780 maius^l malum vitandum etc.: ad hanc sufficienter superius fuit dictum in secundo articulo decisionis. Verum tamen quia Iohannes Andree inter solutiones argumentorum quinto loco solvit etiam illam rationem et multum bene, ideo solutionem suam hic ponam dicendum: »utique«, ait ad istam rationem, quod »ista mala
 785 que possunt vitari per contractum usurarium ut plurimum sunt

^a nullius] nullius *DI*. — obmittit] committit *DI*, *F*. — ^c iure] iuri *DI*, *F*. — ^d controversia] contraversia *M*, *DI*. — ^e dici] dicere *DI*, *F*. — ^f secundum mentem meam hoc non sit] hoc non ... mentem meam *M*. — ^g oppositione] opinione *M*. — ^h domini] *fehlt DI*, dicti *über der Zeile F*. — ⁱ solam] solum *F*. — ^j tertiam] *folgt* rationem *DI*, *F*. — ^k rationem] *fehlt DI*, *F*. — ^l maius] magis *DI*.

²⁴ Johannes Andree, *Mercuriales* (1510), fol. 79^{ra}; cf. fol. 78^{ra}.

²⁵ Johannes Andree, *Mercuriales* (1510), fol. 78^{va}.

²⁶ Vgl. Johannes Andree, *Mercuriales* (1510), fol. 78^{rb}, wo freilich von der *civilis amicitia* die Rede ist!

corporalia, sed malum spirituale nunquam debet permitti propter aliquod malum corporale consequendum«. Et subdit: »Et dato etiam quod per contractum usurarium aliquid malum spirituale vitaretur aliquo casu: illud tamen regulariter loquendo non videtur
790 posse esse maius quam illud peccatum quod in dicto contractu committitur. Maius autem malum nunquam debet committi propter minus malum vitandum«. ²⁷ Et sic fundamentum illius rationis tercie collisum est. Sed quod de Paulo adducit, salva reverentia, ex ignorantia seu inadvertentia procedit. Nam matrimonium non est minus malum sed sacramentum et simpliciter bonum. ^a
795 Et ideo Paulus, ne quis peccato incontinentie peccaret, non solum concessit sed suasit bonum, scilicet matrimonium contrahere. Sed quod post adducit de meretricibus, quas | tolerat ecclesia, magis difficile videtur inter omnia, et ad illud ^b respondendum est altius ^c
800 paulisper intonandum, licet secundum solutionem iam tercio loco positam dici posset ^d quod ecclesia hoc tolerat propter magis spirituale malum vitandum, et hoc plus congruit quam usuram tolerare et sic non est simile. Sed ultra hoc advertendum quod secundum Salvatoris promissum et sacre scripture testimonium Spiritus
805 Sanctus universali ecclesie et sedi apostolice assistit in hiis que fidei sunt et bonorum morum, ita quod ea, que patitur et tolerat aut etiam prohibet, quodam familiari instinctu Spiritus Sancti vel tolerat ^e vel prohibet. Et ideo, si que tolerat ecclesia, quorum nos non plene possumus rationem reddere, | aut dicere cur hoc malum ^f
810 tolerat et illud non tolerat, certe dicendum est quod ipsam docet ^f unctio de omnibus. Ideo quis nomine ecclesie rationabiliter possit dicere, unctio me docuit quod tolero ^g meretrices, ne eradicando lolium eradicem ^h et triticum, et quod prohibeo usuras quia *qui scandalizat unum de pusillis istis expedit ei ut mola asinaria suspendatur in collo eius et demergatur in profundum maris* [Mt 18,6], quia
815 *dilectus meus michi et ego illi* [Hld 2,16].

Possunt tamen quatuor aut quinque rationes assignari quare potius ecclesia tolerat meretrices quam publicos usurarios, sed nunc brevitatis gratia nolo tantum evagari ⁱ sed redire ad propositum. In
820 eadem enim | tercia ratione adducitur auctoritas *Noli esse nimis iustus* etc. [cf. Koh 7,17]: Hoc etiam nil urget, nam sacra scriptura non vituperat virtutem aut prohibet, sed aliquid quod a virtute vera degenerat. Est igitur sensus: *Noli esse nimis iustus*, id est severus ^j, inmisericors et tyrannicus ^k, ut quidam suis subditis sunt iusticiam
825 pretendentes licet false; et hii nimis ^l *emungunt*, quia plus quam ordo caritatis vel correctionis requirit, et sic *eliciunt sanguinem*

DI p. 36

F fol. 153^r

DI p. 37

^a Nam matrimonium – bonum] *fehlt F.* — ^b illud] id *DI, F.* — ^c altius] alicuius *DI, F.* — ^d posset] possit *DI, F.* — ^e aut etiam prohibet ... vel tolerat] *fehlt F.* — ^f docet] decet *M.* — ^g tolero] tollere *F.* — ^h eradicem] eradicetur *DI, F.* — ⁱ evagari] evagare *M.* — ^j severus] *folgt gestrichen* et *F.* — ^k tyrannicus] *tyr- M.* — ^l nimis] minus nimis *M.*

²⁷ Johannes Andreae, *Mercuriales* (1510), fol. 78^{vb}–79^{ra}.

[*cf.* Spr 30,33], et hoc prohibet hic^a scriptura tamquam per se malum nec comperat alteri, sicut etiam prohibet usurarum voraginem tamquam | per se malum. Et sic patet quod illud nichil
830 est ad propositum, bene saltem intellectum. *M fol. 222^r*

Et sic per singula in hac tertia ratione adducta visum est nil urgere pro alia parte, unde etiam patet dictum de quarta ratione, quam simul cum hac solutam relinquo^b quia in idem tendit, solvi. Unde auctoritas Augustini de regendis civitatibus supra soluta est,
835 quando dictum est ad secundam rationem, quod leges primo modo concessionis, scilicet non puniendo, permittunt; ex hoc in fine auctoritatis patet esse de intencione beati Augustini.

Ad quintam rationem, quam fundat super statutum seu consensum^c statuti principis populi et subditorum: hec omnino frivola
840 est in proposito. Non enim licet cuiquam principi vel communitati statuere aliquod in commodum^d suum contra mandatum Dei. Nam hoc ecclesia inhibet fieri contra statutum suum. Multo ergo magis hoc non debet fieri in abiectioem mandati Dei. Si hoc
845 liceret, tunc qua | ratione possunt subditi unum statutum in *DI p. 38* commodum suum contra Dei mandatum, ita pari ratione possent de aliis, et sic truncacio^e vel forsitan totalis abolicio evangelice legis fieri iuste posset, quod est maximum inconveniens. Posset^f etiam peti, si tales contra Dei et Salvatoris mandata statuentes in commodum suum et preiudicium sancti evangelii statutum essent
850 christiani, quia abicerent iugum Christi. Unde cum hodie nullus posset dicere quod aliqua communitas preter universalem ecclesiam vel apostolicam sedem tollere posset ieiunium quadragesimale, quod est pure ecclesie statutum, nescio cur^g etiam nomine rationis illud inductum est quod communitas aut subditi auctoritatem prestare^h possent per consensum contra mandatum Dei et ecclesie decretum seu statutum aliud condi posse. Unde illam
855 rationem nil urgere luceⁱ clarius patet.

Item in eadem ratione adducit quod ius canonicum videtur concedere quod quis in aliquo casu ultra sortem posset recipere.
860 Respondet ad hoc Iohannes Andree, si dicatur de dote et cetera, quod illud nichil est recipere ultra sortem, quia ille^j habet onera matrimonii^k portare^l, in quorum recompensam et non ultra sortem fructus recipit; secundo quia posset lucrari cum pecunia, si eam haberet, et sic iterum in recompensam illius et non ultra
865 sortem recipit.²⁸ | Et notandum quod Iohannes Andree unum *F fol. 153^v* totum articulum ponit probans quod ius canonicum in veritate, | *DI p. 39*

^a hic] hec *DI, F.* — ^b quam simul – relinquo] *fehlt M.* — ^c statutum vel consensum] statuto vel consensu *M.* — ^d in commodum] incommodum *M.* — ^e truncacio] trunccacio *M.* — ^f posset] possent *F.* — ^g cur] *davor gestrichen: cel- F.* — ^h prestare] potest stare *F.* — ⁱ luce] cluce *M.* — ^j ille] *folgt qui M.* — ^k habet onera matrimonii] onera matrimonii habet. — ^l portare] *davor gestrichen: sp- F.*

²⁸ Johannes Andree, *Mercuriales* (1510), fol. 77^{vb}.

licet superficialiter videatur usuram concedere, in nullo tamen casu concedit nec concedere potest, nec usura admissibilis est.²⁹

870 Propter quod etiam, ut reor, reverendissimus ille quondam Trevo-
rum^a archiepiscopus Otto felicitis recordationis, peritissimorum
iuris divini^b et humani septus consilio, de terris suis simul omnes
eiecit usurarios iudeos, pignora etiam, que apud ipsos reperta fu-
erant, absque usura^c christianis mandavit restitui suum^d uni-
cuique. Propterea^e nobilis Agrippina Coloniensis civitas fovens
875 almam universitatem, in qua de diversis mundi regionibus et regnis
suppositorum habetur copia peritissimorum, iudeorum conven-
tum non parvum abiecit atque expulit, sicut hodie videtur in
gloriosa de ipsorum sinagoga^f effecta beatissime genitricis Dei
Marie^g capella. Quamobrem minus me presumptuosum reor
880 censi, si et ego sequar tantorum vestigia peritissimorum, ubi pre-
sertim de salute agitur conscientie | et anime atque divino honore. *M fol. 222^v*

[... *Es folgt die Behandlung der zweiten eingangs gestellten Frage.*

Schluss, M fol. 225^r, D1 p. 52, F fol. 156^v:]

Et sic patet ad obiecta breviter dictum amore eterne veritatis, que
ait^h, *qui elucidant me vitam eternam habebunt* [Sir 24,31], quam
prestare dignetur Deus gloriosus, qui in eternum est benedictum,
885 Amen.

[*folgt in D1, p. 52:*] Reverendissimi in Christo patris et domini,
domini Sifridi quondam Cyrenensis episcopi sacre theologie pro-
fessoris eximii ordinis fratrum predicatorum duarum questionum
determinaciones ad archipresulem metropolis Maguntine Theode-
890 ricum feliciter finiunt.

[*folgt in F, fol. 156^v:*] Explicit determinacio duarum questionum
de iudeis et matrimonio servorum Sifridi episcopi Cyrenensis ad
reverendissimum in Christi patrem ac dominum Theodericum
archiepiscopum maguntinensem etc.

^a Trevorum] Treverorum *M.* — ^b divini] Dei *M.* — ^c usura] usuris *M.* — ^d suum] *folgt gestrichen:*
s- *F.* — ^e propterea] preterea *D1, F.* — ^f sinagoga] syn- *M.* — ^g Marie] *fehlt F.* — ^h ait] *ayt M.*

²⁹ Johannes Andreae, *Mercuriales* (1510), fol. 77^{va-vb}.